



②

Adm  
II



IVM SERVITIVM  
ORIGINE  
EMENDATORVM

DE  
M DELOMATIBVS

WILHELMO IANO



PIETAS  
CHRISTIANI GERDSE  
A. M. D. C. C. C.





41

# COLLEGII LEGALIS

## PUBLICI

### DISPUTATIO TERTIA,

Quâ

AUXILIANTE DIVINA GRATIA,

*Ex permisso*

Magnifici & Nobilissimi Jctorum Ordinis in almâ

LL. nutrice Salana,

*Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi atque Excellentissimi*

DN. JOACHIMI SCHNOBELII,

Jcti, quondam Prof. Publ. Rostochiensis, nunc au-  
tem Syndici Stetinenſis celebratiſſimi,

EXERCITATIONEM AD PANDECTAS

TERTIAM

PRÆSIDENTE

*Viro Nobilissimo, Consultissimo ac Excellentissimo*

DN. ERNESTO FRIDERICO

SCHRÖTERO, J. U. D. Prof. Publ. celeberrimo, Con-

ſil. Saxon. Curia Prov. Facult. Jurid. & Scabinat. Aſſeſſore gra-

viſſimo, Patrono atque Præceptore ſuo omni honoris at-

que obſervantiæ cultu ætatem pro-

ſequendo,

*In Auditorio Jctorum*

ad d. Nov.

*Publicæ diſquiſitioni exhibet*

CHRISTIANUS VALENTINUS *Sorge*/Gothanus.

J E N Æ

Typis JOHANNIS NISII, Anno M. DC. LVII.

35. 6.

COLLEGIUM LEGALIS

PUBLICI

DISPUTATIO TERTIA

Qua

AUXILIANTE DIVINA GRATIA

et

Magnifico & Nobilissimo Principi Octaviano Ordinis in Austria

Et. nunc Salazar

et. nunc Salazar

DR. JOACHIMI SCHNORRELLII

Legis, quondam Prof. Publ. Rostochensis, nunc au-

tem Syndici Secretarius celebrissimus

EXERCITATIONEM AD PANDECTAS

TERTIAM

PRAESENTAT

Pro Vobis, Celsissimo et Excellentissimo

DR. ERNESTO FRIDERICO

SCHNEIDERO, J. B. D. Prof. Publ. celebrissimo, Con-

siliensi, Curiae Prov. Elector. Saxon. Altorfensi

visum, Patro, acque Iurisperito omnihonoris ac

que obsequantur cultu vobis pro-

ferendo,

In Auditorio Saxonico

ad d. 17. Junii

Tabulae dispositae sunt

CHRISTIANUS VALENTINUS Scriba Gothanus.

J. E. N. E.

Typis Joannis Nisii, Anno M. DC. LVII.

37. 6.





COROLLARIA  
EX JURE PUBLICO.

I.

**P**Acta confraternitatis (*Erbverbrüderungen*) in casu deficientium legitimorum heredum inter personas illustres de reciproca Feudorum Regalium successione inita, pro illicitis habenda non sunt.

2. Etsi quidem aliàs Capitulum idem quod Episcopus possit, *c. un. de major. & obed. in 6.* Tamen in casu non existentis Episcopi Capitulum ad Electionem Imperatoriam non admittitur.

3. Frustrà contendit personatus ille Hippolitus à Lapide Regem Romanorum vivo adhuc Imperatore eligi non posse. Imò quin necessitate exigente viventi Imperatori, etiamsi reclamet, alius adjungi, & in Regem Romanum eligi posse, non dubitamus. *vid. Capitul. Ferdin. III. §. 38.*

4. Civitatum Hanseaticarum (*Hanse Städte* q. s. *an der See Städte*) quod earum maxima & præcipua pars mari adiaceat) fædera absque monopolii, aliarum civitatum conspirationis, aut Principum contemptus metu toleranda esse rectè statuitur.

5. Quamvis *in tit. 16. A. B.* non omnis domiciliorum prohibetur mutatio: Iniquum tamen non est, ut ille, qui jam domicilium suum transferre satagit, Magistratui loci, ex quo discedit, certam pecuniæ summam *zur Nachsteuer oder Abzugs Geld* pro loci consuetudine relinquere cogatur. Ad quam præstationem Academici aliò migrantes non tenentur.

6. Integrum quidem est Electoribus per alios non Coelectores vicaria operâ in eligendo Romanorum Rege uti; Quod si tamen Elector plures miserit, omnes indistinctè ad electionem admittendi non sunt.

EX

## EX JURE FEUDALI.

I.

**F**æmina à successione feudi semel per masculi existentiam remota, in perpetuum exclusa non manet, sed masculino postea extincto nihilominus admittenda videtur: utut dissentiant *Gal. lib. 2. observ. 148. Carpzov. synops. feud. disp. 5. posit. 57. Harpprecht. in comment. Inst. de success. ab intest. n. 196. cum seq. cum multis aliis ibi citatis, quorum rationes fortassis in discursu apparebunt.*

2. Extra omnem controversiam positum est, Clericos in feudum non succedere, *2. feud. 30. vers. ex hoc illud 2. 26. §. qui clericus.*

2. 36. Illud verò in disceptationem venit, utrumne clericus, si velit per substitutum Domino acceptabilem servire, admittendus sit ad feudi successione? quod negamus.

3. Imperator de Ducatu, quem ante acquiratum imperium fortè à Principe in feudum habuit, etiam post obtentum imperium fidelitatem ac servitia præstare tenetur.

4. Nova investitura quemadmodum ab antiqua renovanda differt: Ita tempus illius petendæ est arbitrarium, hujus autem annus & dies. *2. f. 24. pr. 2. f. 40. & 52. in fin.* Nec cum *Dd. pro conciliatione textus pr. 2. f. 22.* distinguimus inter Vassallum militem & paganum.

5. Filius familias ex feudo sibi concessio usumfructum patri non acquirit. *arg. 2. feud. 23. in fin. Vid. Sinckelthaus disput. feud. 5. thes. 20.*

6. Fructus pendentes, tanquam partes fundi *l. 44. de R. V.*, unà cum fundo in feudum dari posse, expediti juris est; An autem principaliter quoque & sine fundo seorsim in feudum dari possint, acerrimè controvertitur? Nos affirmativam exercitii gratia tuebimur, quicquid etiam contradicat *Niellius disp. feud. 3. thes. 1.*





# DISPUTATIO TERTIA

*Ad Lib. 3. Pandectarum.*

RESPONDENTE

CHRISTIAN. VALENTIN. Sorgen/ Gotâ-Thur.

THESIS PRIMA.



Uli pro aliis postulant, h. e. desideria aliorum in jure judiciove exponunt, aut aliorum desideriis pro aliis contradicunt *l. 1. §. 2. ff. de postul. vel caussis agendis* quoquo studio operantur *l. 1. §. 11. de extraord. cognit.* Advocati (quod advocentur ut partibus adsint) dicuntur *l. 1. §. 4. ff. de Postul.* & passim, aliàs Caussarum Patroni, Caussidici *l. 2. C. de Advocat. l. 1. 7. in pr. C. de postul. item Togati l. 3. 6. 8. 9. C. de Advoc. l. 1. quorum laudabile vitæque hominum maximè necessarium est officium l. 4. pr. C. de Adv. l. 1. 4. C. de Adv. l. 1.*

2. Advocati ad præstandum officium suum litigantibus certis ex caussis Patronos non invenientibus à Præside judicii vel Magistratu, cui subjeti sunt, etiam inviti compelli possunt *d. l. 1. §. 4. ff. de postul. l. 9. §. 5. ff. de off. procons. l. 5. §. 11. ff. de reb. eorum. qui sub tutel. vel. cur. sunt non alien. sub pœnâ non solum pecuniaria, sed & interdictionis fori, ut si legitima excusatione destituti patrociniûm denegare non desistant, foro careant, l. 7. C. de postul. Pauperum etiam patrociniûm gratis suscipere & præstare tenentur. Ord. Cam. part. 1. tit. 19. §. ult. Myns. 4. Obs. 32. Gail. 1. obs. 43. n. 11. & seq.*

3. Fœminæ pro aliis postulare nequeunt *l. 1. §. 5. ff. de postul.* quia pudori sexus non congruit officio virili, quale hoc est, fungi *d. §. 5. l. 18. C. de procurat.* etiam fœminas à viris, non vice versa, defendi æquum est *l. 2. ff. de injur. §. 2. Inst. eod.* pro se verò postulare jure civili non vetantur, quia propriam suscipere defensionem non virile, sed cujusvis est officium, nec rei suæ bene gerendæ occasio cuiquam est auferenda *l. 4. l. 9. C. de procurat.* Præter fœminas, plures dantur alii, qui postulare prohibentur, de quibus vide *l. 1. & seq. ff. de postul.*

4. Advocatus clientis sui caussæ fideliter patrocinari, & adversario secreta ejus nullatenus pandere, aut cum eo colludere debet *l. 1. C. de Advoc. l. 1. §. ult. l. seq. l. 3. §. quod si 2. ff. de pravaric. Freher. de infam. c. 6. num. 14. Ord. Cam. part. 1. tit. 62* quod si etiam saltem consilium pro tuâ caussa confecerit, ad adversarii caussam defendendam ut profiliat honestas

C

stas

itas non admittit, Joan. Andr. *ad Specul. de Advoc.* §. 3. n. 11. Fraudes quoque & fallaciae omnes ab Advocato abesse debent, utpote qui & jurare tenetur, se quod verum & justum putaverit, clienti suo consulturum esse *l. 14. §. patroni. C. de judic.* In bonâ tamen causâ ad vincendum adversarium fallaciâ & deceptione uti, & fraudem fraude, calliditatem calliditate repellere potest: hic enim doli boni est usus *l. 1. §. 3. ff. de dolo*, & pertinet huc illud Augustini; cum justum bellum susceperis, apertâ pugnâ an insidiis vincas, nihil ad justitiam interest *c. dominus. 23. q. 2. Covarr. lib. 1. var. 10. fol. 2. n. 1. Wefemb. in parat. C. de Advoc. l. n. 6. Mynsing. 3. obs. 6.*

5. De quotâ litis h. e. de parte summæ, quæ in lite versatur, Advocato pacifici minimè licet *l. 6. §. ult. l. seq. ff. mandati l. 53. ff. de part. l. 1. §. 12. ff. de extraord. cognit. l. 15. C. de procurat. l. 20. C. mand.* aliàs cum ignominia nota in perpetuum ab officio removetur *l. 5. C. de postul.* Salarium tamen ad certum modum (de quo vid. *l. 1. §. 10. & 12. ff. de extraord. cognit.*) pro præstito patrocinio rectè exigit, *l. 3. C. de postul.* quia nemo propriis stipendiis militari tenetur, & operarius dignus est mercede sua *c. cum ex officio 16. extr. de præscript.* idque sive promissum sit salarium, sive non sit promissum, quo posteriori casu judicis officio implorato peti potest *l. 1. §. 10. ff. de extr. cogn.* Debetur autem illud Advocato sive vincat, sive sine culpa suâ vincatur arg. *l. 10. §. 1. de negot. gest.* Nec denegari præmium vel salarium Advocato potest etiam eo casu, quo fortè citra laborem & revolutionem librorum consilium & remedium ipsi in promptu fuit, ne aliàs quo quisq; in jure est doctior, eò deterioris sit conditionis. Hillig. *ad Don. lib. 18. c. 3. lit. Hbb. Diff. Gl. inc. licet. 11. q. 3.*

6. Postulare prohibitus, si nihilominus postulaverit, poenâ ex edicto afficiendus est arbitrariâ *l. 1. §. 6. in fin. ff. de postul.* utpote quæ toties locum habet, quoties lex prohibet aliquid nulla certâ poena adjunctâ *Gl. & Dd. in l. 3. C. de SS. Eccles.* Prohibitio tamen illa non obstat, quo minùs domi, litigantibus, consulere possit, quia poenæ strictissimè sunt accipiendæ: diversa verò ratio est postulandi & consulendi. Cæpoll. *caut. 156. Wefemb. in parat. ff. de postul. n. 5. Magon. in Cynosur. Advoc. c. 11. n. 5.*

7. Circa errores Advocatorum tenenda est distinctio inter errorem juris & facti. Istum judex curare non debet, utpote cui & ea, quæ ratione juris desunt advocatis, supplere licet, *tit. Cod. ut quæ desunt Advocat. part. jud. suppl.* Quoad hunc verò facti errorem interest, utrum præsentate parte, an eâ absente sit commissus. Hoc casu error advocati clienti nocere non potest: illo vero nocet, nisi intra triduum proximum dictis Advocati con-

con-

contradixerit, vel post sententiam appellaverit: quia iis remediis omis-  
in se recepisse, & silentio suo quicquid dictum est, approbasse videtur *l. 1. §. 3. Cod. de error. Advoc.*

8. Fama, utut vocabulum aliàs medium, in bonam plerumque par-  
tem in jure sumitur, & eadem est cum Existimatione, quæ definitur digni-  
tatis illæ sæ status legibus aut moribus probatus *l. 5. §. 1. ff. de extraord. cognit.*  
ubi per dignitatem latè conditio personæ cujusque, quâ quis non indi-  
gnus iis rebus, quæ in suo cuique ordine tribui solent. Donell. *lib. 18. comm.*  
*c. 6.* Huic opponitur Infamia famæ & existimationis deminutio, ob turpi-  
tudinem quandam vitæ, quâ quis inter bonos & honestos haberi non me-  
retur, orta, Donell. *d. i. §. 6. & ibi Hillig. lit. 4.* Marq. Freher. *lib. 3. de infam.*  
*cap. 1. num. 12.* Hæc duplex est; Juris & Facti. Quædam enim per se turpia  
sunt, quibus Lex constantem hominum opinionem sequens famam immi-  
nui voluit, eaque expressè enumeravit: quædam licet de se turpia non  
sint, tamen bonorum & honestorum hominum censurâ & reprehensione,  
cui lex non contradicit, digna, & hæc quia specialiter à jure notata non  
sunt, facti infamiam parere dicuntur, cujus vestigia sunt in *l. 2. ff. de obseq.*  
*parent. & patron. prest. l. 1. §. 43. de vi & vi arm. §. 1. in fin. Inst. qui & quibus ex*  
*caus. manum. non pos. l. 27. C. de inoff. testam. l. 2. C. de dignitat. lib. 12. l. 25. C. ad*  
*L. Jul. de adult. Marq. Freher. lib. 3. de infam. c. 25. num. 2. Hillig. Don. Enucl. d.*  
*lib. 18. c. 6. lit. I.*

9. Infamia irrogatur vel ipso jure, vel facto hominis. Ipso jure infa-  
miam pariunt talia, quæ fermè palàm fiunt & nullam merentur excusatio-  
nem, v. g. artis ludicræ causâ in scenam prodire ad quæstum faciendum  
*l. 2. §. ult. ff. de his qui not. infam. facere lenocinium l. 4. §. 2. & 3. eod. intra*  
*annum à tempore mortis mariti alii nubere l. 15. C. ex quibus caus. infam. ir-*  
*rog. bina sponsalia binasve nuptias eodem tempore constitutas habere l. 13.*  
*§. 1. ff. eod. improbum fœnus exercere l. 20. C. eod. & alia.*

10. Factum hominis, ex quo infamiâ irrogatur, est vel Judicis civili  
aut criminali judicio famoso ob dolum aliquem condemnantis, vel Reï  
paciscentis. Civile judicium est v. c. Actio pro socio, depositi, mandati,  
tutelæ directæ non contrariæ *l. 1. vers. qui pro socio l. 4. §. fin. l. 6. §. manda-*  
*tis. & seq. l. 7. ff. de his qui not. infam.* item actio furti, vi bonorum raptorum,  
injuriarum, vel doli, quâ quis suo non alieno nomine condemnatur  
*d. l. 1. vers. qui l. 1. circ. fin. l. 6. in prin. §. 1. & 2. ff. d. t. l. 11. ff. de dolo.* Crimina-  
le judicium est vel Publicum, *l. 7. de publ. jud. l. 13. §. ult. ff. de his qui not. in-*  
*fam.* vel Extraordinarium, ut expilatæ hereditatis *l. 12. C. ex quibus caus.*

*infam. irrog. sepulcri violati l. 1. ff. de Sepul. viol. furti, injuriarum, vi bonorum raptorum l. ult. de furt. l. ult. de injur. junct. l. 7. ff. de publ. judic. quò pertinet etiam crimen stellationatus l. 13. §. ult. ff. de his qui not. infam. vel denique Militare, quo miles ob delictum ignominia causa ab exercitu mittitur seu exautoratur. l. 1. l. 2. §. 2. ff. eod.*

11. Denique si delicti, quod mortis poenam non ingerit. *l. 18. C. de transact. reus pretio interveniente etiam ante judicium coeptum l. 6. §. 3. ff. de his qui not. infam. paciscitur, infamiam incurrit l. 1. vers. qui furti l. 4. in fin. l. 5. l. 6. §. 3. ff. de his qui not. infam. l. 18. C. ex quib. caus. infam. irrog. quia crimen fateri censetur d. l. 5. confessus verò pro judicato est l. 1. ff. de confess. Debet autem pactio hæc fieri sine jussu Magistratus, *l. 6. §. 3. ff. eod.* Qui enim jussu judicis transegit (uti interdum ob quietem publicam, aut ad evitandum majus malum transigere litigatores coguntur Wesemb. *in parat. ff. de his qui not. infam. n. 5.*) ejus confessio fingi non potest: ubi autem nulla præsumtio est confessionis, ibi transactio non infamat, Hillig. *Don. Enucl. lib. 18. lit. ff.**

12. Infamia semel sive ipso jure sive per sententiam judicis, aut, quæ huic æquipollet, præsumptam confessionem partis irrogata, est perpetua adeò ut nec poenitentia facti tollatur. *l. 43. §. 4. ff. de rit. nupt. l. 63. ff. de furt.* Personam enim, quam semel contaminavit, velut leprosum lepra committatur, eamque ubique gravat. Marq. Freher. *l. 3. de infam. c. 23. n. 7.* Hinc nullo tempore aboletur, nisi regalium jure restitutione à principe facta *l. 1. §. 10. §. seq. ff. de postul. vel nisi ad certum tempus per Magistratum irrogata sit l. 8. eod.* tunc enim tempore finito, nec contra intentionem Magistratus infamia diutius adherere potest *l. 3. §. 4. C. ex quibus caus. infam. irrog. d. l. 8. ff. de postul. l. 5. l. 3. ff. de Decurion.* Adde Wesemb. *parat. ff. de his qui not. infam. num. 8.*

13. Procurator est, qui mandato domini aliena negotia administrat *l. 1. ff. de procurat.* Negotia illa sunt vel Judicialia vel Extrajudicialia, ad quæ administranda, ut à negotiorum gestore, Tutore & Curatore distinguatur, Mandatum Domini intervenire debet. Quia verò Mandatum est vel Generale vel Speciale; etiam Procurator duplex in jure proponitur, alius Generalis, seu universorum bonorum, alius Specialis quarundam scilicet rerum, & certæ causæ. *l. 25. §. 1. de minor. l. 1. §. 1. l. 63. ff. de procurat.* Uterque communiter subdividitur in Procuratorem cum liberâ & sine liberâ (scilicet administrandi potestate) constitutum, eaque subdivisio ex collatione *l. 63. ff. de procurat. cum l. 9. §. 4. de acquir. rer. dom. §. 42. Inst.*

*Inst. de R. D. item per c. qui ad agendum in fin. de procurat. in 6. sufficienter probatur. Facit l. 7. §. 1. in fin. vers. alia caussa est peculii & c. ff. de pecul. Vid. Duar. ad tit. ff. de Procurat. c. 1. Vaud. lib. 1. var. quest. 47. Wesemb. in parat. ff. de procurat. n. 3. & Dd. communiter.*

14. Minores 25. annis, modò 17. sint annorum, Procuratores de jure civili dari posse constat ex §. 5. *Inst. qui & ex quibus caus. manum. junct. l. 51. ff. de procurat.* suscipientibus enim illis litem interveniente Domini ejusque majoris mandato, judicium non redditur elusorium, cum restitutio in integrum ob circumscriptionem eo casu non habeat locum *l. 23. in fin. de minor.* De jure verò Canonico & moribus hodiernis certum est, minorem Procuratorem ad litem dari non posse. *c. qui generaliter §. ult. de procur. in 6.*

15. Eodem Jure, quod judicia rectè sequuntur, Infames procuratores dari non possunt *c. infames & seq. 3. q. 7. Ordin. Cam. part. 1. tit. 18.* Imò nec jure civili admissos fuisse ad procurationem illos, de quorum infamiâ liquidò constabat, verius est, nec §. ult. *Inst. de except.* huic opinioni quicquam refragatur. Eodem modo & à Notariatu Infames sunt excludendi, cum homini turpi & infami fides haberi non facilè debeat, quæ tamen in Notariis quàm maximè requiritur. Hodie nec ullum hoc habet dubium, cum *per constit. Maximil. de Notariis Anno 1512. Colonia latam* Infames expressè ab hoc munere, quod dignitatem annexam habet, repellantur §. *Erstlich ordnen.*

16. Quia constitutio Procuratoris ex mandato pendet, ille de cujus mandato evidenter constat, verus est Procurator, qui etiam absque cautione de rato ad agendum admittitur, cum voluntas Domini ex mandato factis sit manifesta; imò clausulam rati mandato inseri nullatenus est necesse, cum per se tacitè insit, *l. 6. pr. ff. de condict. indeb.* adeoque ejus expressio nihil operetur *l. 3. de leg. 1. l. 22. de adopt. Rauchbar. p. 1. q. 2. n. 13. Treutl. vol. 1. d. 9. th. 8. lit. a.* Econtrario quando certum est aliquem carere mandato, is tanquam falsus procurator (nisi sit conjuncta persona *l. 35. pr. & l. 41. ff. de procur.*) à lite repellitur, quantumvis de rato cavere sit paratus *l. 40. §. ult. de procur. l. 1. C. eod.* Et licet ab initio per mendaciū irrepsit, in qualunque tamen parte judicii exceptio falsi procuratoris illi opponi potest *l. 24. C. eod.* & non solum ante, sed & post sententiam *c. in nosira 4. extr. de proc.* Ubi verò de mandato probabiliter dubitatur, Procurator sub cautione de rato admitti solet, *d. l. 1. C. eod.* & quidem in Cam. Imper. in præparatoriis usque ad L. C. qua facta, nisi Procuratorium exhibuerit, ulterius in

us in causâ principali procedendi sine iudicis licentia facultatem non habet *Ord. p. 1. tit. 21. §. Weiter setzen. Bernh. Wurms. pract. obs. tit. 5. obs. 8.*

18. In publicis judiciis ex parte accusatoris ob vinculum inscriptionis *c. 5. extr. de procur. l. 15. C. de accusat.* Procurator olim frustra interveniebat *l. pen §. 1. ff. de publ. judic.* utique si ex crimine pœna usque ad relegationem (quæ inclusa non exclusâ intelligi debet) sequi soleat, *l. 1. ff. an per al. caus. appellat. red. pos.* Excipiebantur personæ illustres, quæ crimen injuriarum & ex eo actionem vel accusationem per procuratorem instituire poterant *l. ult. C. de injur.* Hodie verò cum accusator pœnæ talionis non sit obstrictus, sed in accusatione defecerit, tantum sumptus & multam pecuniariam pro injuria reo illatâ præstet **P. 3. O. art. 12.** Procurator in publicis judiciis pro actore intervenire potest. *Gail. lib. 1. de p. p. c. 10. n. 12. Clar. in pr. §. ult. q. 12. n. 13.*

19. Ex parte Rei in publico iudicii criminibus nec hodie ad defendendum Procurator admittitur *d. l. pen. §. 1. ff. de publ. judic.* Distinguendum, verò hic inter crimina, quatenus vel pecuniariam, vel capitis, vel relegationis pœnam ingerunt. In illis defensor etiam ante L. C. ordinariè admittitur *l. 1. ff. an per al. caus. appell. l. 6. §. 2. ff. de his qui not. infam.* cum ratio, ne iudicium fiat elusorium, hic cesset: In his & istis cum illa ratio obtineat, aliud dicendum, adeoque regula est, quod in eo criminum genere, cui statuta est pœna capitalis, cui alius subijci non potest, causa per alium, procuratorem scilicet agi non possit *d. l. 1. pr. ff. an per al. caus. appell. red. poss.* Causæ tamen absentis allegari *l. 71. de procurat. d. l. pen. §. 1. ff. de publ. judic.* lite verò contestata etiam causæ innocentis afferri queunt *l. 33. §. 2. de procurat. l. 3. C. de accusat. l. 13. C. de adult.*

20. Olim per Procuratorem agere non licebat *l. 123. de R. J.* nisi pro populo, tutela, libertate: postmodum facultas illa per alium agendi ob varia, quibus constringi homines solent, impedimenta, promiscuè indulta fuit *pr. Inst. de iis per quos ag. poss.* Sed quæritur, utrum impeditus semper procuratorem mittere debeat vel quando? Et respondetur distinguendo: Qui causa non justa aut necessaria, sed vel injusta aut voluntaria impeditur, Procuratorem mittere debet *l. 20. ff. de minor.* qui verò justâ aut necessariâ causa, quæ vel publicam respicit utilitatem, vel experiundi facultatem adimat, impeditur, procuratorem mittere non tenetur *l. 2. ff. eum qui appellat. in provinc. de fend. Myns. cent. 4. obs. 58. Rumelin. part. 1. pand. disp. 8. tb. 2.*

21. Culpa Procuratoris, utpote qui litis Dominus effectus est, Domino no-

no nocet *l. 10. C. h. r. modò mandati fines non transgressus & solvendo sit;*  
priori enim casu culpa procuratoris domino non obest *l. 3. §. 1. ff. quod quis-*  
*que jur. l. 6. de condict. in deb.* posteriori Domino in integrum datur restitu-  
tio. Ant. Fab. *lib. 2. Cod. t. 6. def. 3. n. 2. Gail. 1. obs. 45.*

21. Procurator ad totam causam peragendam constitutus, si contra  
eum lata iniquè fuerit sententia, ab illà non solùm appellare, sed & appel-  
lationem prosequi tenetur *l. 17. C. de procurat. arg. l. 31. §. 2. ff. de negot. gest. u-*  
*bi cùm necessitas appellandi procuratori injungatur, ad unicum illum &*  
*nudum appellandi actum non videtur restringenda, cùm nihil intelligatur*  
*actum, quando adhuc superest aliquid agendum. vid. Bachov. comm. ad tit.*  
*ff. de procur. c. 5. nat.*

22. Procurator vel Privatorum est, vel Universitatis aut Collegii, qui  
Syndicus appellatur *l. 1. §. 1. l. 6. §. 1. in fin. ff. quod cujusq. univers. nom.* Hujus  
constitutio est penes Universitatem, ut superioris potestatis consensus vel  
decretum non requiratur. *Panorm. in c. un. extr. de synd.* An autem ad eum  
constituendum sola Consulium Senatusque autoritas sufficiat, an verò præ-  
ter eam Civitatis consensus requiratur, id ex regimine civitatis, stilo &  
consuetudinæ curiæ est dijudicandum. *Bruning. in disc. de var. universit.*  
*spec. tb. 68. Rauchbar. part. 2. q. 1. n. 1.*

23. Universitas ex mutuo aliove contractu per Senatum aut Syndicū  
celebrato non obligatur, nisi singuli cives eorumve nomine Tribuni aut  
pars civium omnes repræsentans consenserit. *l. 27. ff. de R. C.* Regulariter e-  
nim nemo ex contractu obligatur, nisi proprium adhibuerit consensum *l.*  
*2. §. 1. ff. de O. & A.* interim tamen quod proceres & primarii civium, quibus  
gubernatio & administratio rerum publicarum commissa est, faciunt, pro  
eo est habendum, ac si singuli cives fecissent *l. 3. ff. quod cujusq. univers. nom.*  
Vid. hac de Gail. *tract. de arrest. c. 9. n. 7. Hartm. Pist. part. 1. q. 37. n. 1. Matth.*  
*Coler. de proces. execut. p. 2. c. 3. n. 348 Joh. Köppen q. 60. n. 3.*

24. Negotiorum gestio est Quasi contractus *l. 5. pr. ff. de O. & A. §. 1.*  
*Inst. de obligat. que quasi ex contr. nasc.* qui inde oritur, quod quis alterius  
absentis negotia sponte & sine mandato gessit, quod non solùm fit per ad-  
ministrationem rei continuam & tractum aliquem habentem, sed etiam  
momentaneam & unicum aliquod factum, quo commodo alterius consu-  
litur v. e. si quis pro alio solverit *l. 39. l. 45. §. ult. ff. de negot. gest. aut fide-*  
*jusserit l. 14. l. 5. ff. eod.*

25. Quia in negotiorum gestione magna absentium versatur utili-  
tas, ne indefensū damno adficiantur, quod exemplis in *l. 1. ff. de negot.*  
*gest.*

gest. declaratur, ideoque gerenti culpa, quod se immisceat rei alienæ, l. 36. ff. de R. J. c. non est 19. eod. in 6. imputari non potest. Magis enim præsumitur quis hoc modo officium, quod homo homini debet l. 7. ff. de servis export. implere, quàm culpabiliter alienis rebus se immiscere voluisse. Bacho. in comment. ad b. t. c. 1. n. 2.

26. Actio negotiorum gestorum competit ordinariè, quando absentis & ignorantis gesta sunt negotia; extraordinariè & aliis accommodatur negotiis, quæ gesta sunt illo, cujus negotia fuerunt, præsentis & non ignorante. Sic datur adversus Executorem l. 3. §. 8. b. t. Curatorem adolescentis, furiosi, prodigi d. l. 3. §. 5. eod. & illum qui mandato tutoris tutelam administrat. l. 4. C. eod. Et hi Gestores, quia non sponte gerunt, à nonnullis dicuntur Necessarii vid. Bocer. cl. 3. disp. 16. tb. 4.

27. Sola domini scientia, quæ resciscit rem suam ab alio geri, mandatum non inducit, cum nec indistinctè id possit expressa Ratihabitio. Hæc enim si confecto negotio demum interponitur, actionem negotiorum gestorum, quæ semel competere cœperat, immutare non valet, l. 9. b. t. aliud verò dicendum, si gestioni accedat, quia tunc concurrens voluntas ipsius domini negotium determinat. Frantzk. in comm. ad b. t. n. 13.

28. Gestor actionem negotiorum gestorum contrariam adversus eum, cujus negotia gesta sunt, habet, modò intentione alium sibi obligandi & id quod ex gestione sibi abest, repetendi, gesserit l. 1. ibi: recipiendi. l. 15. l. 13. C. b. t. Hinc ei qui vel animo donandi l. 4. b. t. l. 6. §. 2. l. 40. mandat. vel amicitia l. 44. b. t. de Negot. gest. aut pietatis intuitu gessit, l. 27. §. 1. l. 34. b. t. l. 11. C. eod. actio denegatur.

29. Qui negotium gerit commune, ita demum socium sibi obligatum habet, si suum negotium separatim gerere potuerit l. 40. b. t. sin minus, iudicio communi dividendo est locus l. 6. §. 2. comm. Divid. l. 19. C. de Negot. Gest.

30. Non satis expedita quæstio est, quam culpam gestor præstare teneatur, utrum levem saltem, an verò etiam levissimam? prius asserentes nituntur l. 20. C. b. t. ubi gestorem non tantùm dolum & culpam latam, sed etiam levem præstare teneri dicitur. Sed quod ob levissimam quoque culpam gestor teneatur l. 11. l. 32. l. 37. §. 1. b. t. §. 1. Inst. de obligat. que ex q. contr. nasc. probari videtur, & huic sententiæ calculum nostrum, non indistinctè tamen, adjicimus.

✽ ( o ) ✽





Abbildung

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.





65 717

AB: 65717

ULB Halle 3  
006 536 190



5b

VD 17





LEGALIS

LICI

IO TERTIA,

uâ  
IVINA GRATIA,

ermiffu  
Jctorum Ordinis in almâ  
rice Salana,

nsultiffimi atque Excellentiffimi  
I SCHNOBELII,

bl. Roftochienfis, nunc au-  
nenfis celebratiffimi,

M AD PANDECTAS  
RTIAM

IDENTE  
ultiffimo ac Excellentiffimo

O FRIDERICO

D. Prof. Publ. celeberrimo, Con-

lt. Jurid. & Scabinat. Affeffore gra-  
receptore fuo omni honoris at-  
æ cultu atatèm pro-  
quendo,

torio Jctorum

d. Nov.  
fquiffioni exhibet

ENTINUS Sorge/Gothanus.

E N Æ  
NISII, Anno M. DC. LVII.

35. 6.



B.I.G.

Farbkarte #13

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue